

Astra Ariminensi, & in nonnullis pro nobis & eadem ecclesia in temporalibus es iusta
tius, omni modo, via, iure et forma, quibus melius fieri possit, tenore praesentium de
plenitudine apostolicae potestatis procuratorem nostrum facimus specialem, dantes &
cocedentes tibi ut procurator nostro, de plenitudine dictae apostolicae potestatis omni-
modam, plenam & liberam facultatem nostro et dictae ecclesiae nomine tractandi, pro-
curandi, coram libet inducendi synceram & integratam uni-
ensem ecclesiam sanctam dei, per omnem & quamlibet rationabilem viam coiunctim et diuini-
sim, quae tibi procuratori nostro videbitur accommodata, ac quolibet opportuna. Et spe-
cialiter renunciandi et cedendi omni iuri papatus ac titulo et possessioni, quod, quem,
& quam habemus in eodem, si ubi & ante videbitur tibi pro unione huiusmodi expedi-
re: necno omnia & singula faciendo, quae circa pmissa & quodlibet eorum erunt, aut tibi
procuratori nostro videbuntur quomodo liber opportuna, etiam si forerent maiora ex pmissa-
tis, & mandatum exigerent quantumcumque speciale, & quae nos ipsi facere possemus,
si personaliter intercessimus, promittentes deo & ecclesiae sanctae dei, ratum, gratum,
& firmum perpetuo irreuocabiliter habituros, quicquid per te procuratorem no-
strum agum, gestum, seu factum fuerit in pmissis, id est facturos, dante domino, in uiolabi-
liter obseruari, promittentes bona fide & sub attestatio diuini iudicij, per potestatem
huiusmodi tiblic (ut præmititur) attributam & concessam reuocare non intendia-
mus, nec reuocabimus te verbo publice vel occulte, & suppleentes omnem defectum
si quis in praesenti mandato fuerit admissus, vel in eo aliqd est omissum. Datum Ari-
mini, VI. idus Martii, pontificatus nostri anno IX.

B Qua schedula lecta, dominus Carolus leuans se, dixit haec uerba: Cum sanctissimus dominus noster Gregorius papa duodecimus me suum procuratorem constituerit ad cedendum
modo & forma, prout in suis literis nunc lectis dinoscis contineri: Ego Carolus supra
dictus sciens intentionem domini nostri sanctissimi Gregorii papae xii. fuisse & esse tota-
lem ad reintegrationem Christianorum, si possit largiente domino fieri, & in hoc omnem
quantum in eo est, operam præstare per futuram papatus cessionem per se & suos, &
quod ab omnibus caueatur, quae hoc sanctum propositum impeditur possestant dif-
ferre, per hoc sacrum concilium declarari & determinari peto humiliter et instanter,
utrum pro unione ecclesiae dei & totali reintegrazione per dei gratiam procuranda,
sacro concilio utile & expediens videatur, per nomine præfati domini nostri papae fi-
at hic Constantia cessio, antequam Niciam accedatur, seu an Petrus de Luna, qui in
sua obedientia dicitur Benedictus xiiij. cedere uelit, vel nolit, experietur. Quibus dia-
ctis, præfatus dominus archiepiscopus Mediolanensis in ambo exsistens, deputatus
C per synodus, respondit in modum qui sequitur:

C Concilium determinat, quod utile & expediens est, quod fiat
hic in Constantia renunciatio.

Sacrosancta generalis synodus Constantieni determinat & declarat, expediens & ut
le fore per unione ecclesiae sanctae dei & totali reintegrazione per dei gratiam procuranda,
per nomine illius domini qui in sua obedientia dicitur Gregorius xii. fiat hic in Con-
stantia cessio, antequam Niciam accedatur, seu an Petrus de Luna qui in sua obedien-
tia dicitur Benedictus xiiij. cedere uelit, vel nolit, experietur. Subsequenter dictus do-
minus archiepiscopus Mediolanensis legit capitula quae sequuntur.

C Quod vacante sede, non procedatur ad electionem Romani pontificis.

Sacrosancta generalis Constantieni synodus ad facilius, liberius & utilius integrum
unionem ecclesiae consequendam, pronuntiat, statuit, & ordinat, quod prætextu
cuiuscunque cessionis aut vacationis sedis apostolicae sive papatus, durante præsentis
concilii facta vel facienda, ad electionem futuri Romani pontificis nullatenus
procedatur sine deliberatione & consensu huius sacri generalis concilij. Et si quid
sieret, sit ipso facto autoritate huius sacri concilij irritum & inane. Nullusque
ele